



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trent>

Coloniae, 1615

Regula II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

REGVLA I.

LIbri omnes quos ante annum 155.
aut summi Pontifices, aut Concilii
œcumenica damnarunt, & in hoc
indice non sunt, eodum modo damnati esse
censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGVLA II.

Hæresiarcharum libri tam eorum, qui
post prædictum annum, hæreses inuenierunt
vel suscitarunt, quam qui hæreticorum ca-
pita, aut duces sunt, vel fuerūt, quales sunt
Lutherus, Zwinglius, Caluinus, Balthasar
Pacimontanus, Schwenckfeldius, & his si-
miles, cuiuscumque nominis, tituli, aut ar-
gumenti existant, omnino prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui
de religione quidem ex professo tractant,
omnino damnantur.

Qui verò de religione non tractant,
Theologis Catholicis, iussu Episcoporum, &
Inquisitorum examinati, & approbati per-
mittuntur.

Libri etiam catholice conscripti, tam ab
illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quam
ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremia
rediere, approbati à facultate Theologica
alicuius Vniuersitatis Catholicæ, vel Inqui-
sitione generali permitti poterunt.